

i Quero an valeat statutum, &c.] Communis conclusio est, quod statutum induci haud possit, vt filius spurius instituat, vel alias capax sit paterne donat onis: cum praebat occasionem fornicandi, &

Ias in d.l. Gallus, §. Instituens, nume. 5. & consil. 117. colum. penul. lib. 1. quem refert Ioan. Dilect. de art. test. lib. 1. caut. vlt. nu. 15. Dec. cons. 176. post nu. 5. versic. Et sic ratio. Curt.

ium. consil. 84. nu. 3. & ita quotidie seruat. i Præterea quero, an valeat statutum disponens, quod pater possit instituere filium spurium: dixi supra lib. 1.

delinquendi: vt post Decium, Ioann. Dilectum, Fernand. Loazes, Boerium, Didacum Couar. Valqu. Petrum à Duen. & alios à se memoratos, asserit Michael Grassius d. §. institutio, q. 7. n. 11. Harpre.

QVÆSTIO XXXII.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Pater an possit instituere nepotem legitimum, & naturalem natum ex filio spurio.
2 Et quid si illum instituat contemplatione filij.

ADDITIONES.

Nunquid possit nepotem.] Item quod institutio facta de nepotibus ex filio spurio, casu, quo filius legitimus hæres primo loco instituitur, sit incapax, valeat: commune dixi in d. coll. mea comm. opin. in verb. institutio. n. 6. Giach.

Nunquid possit.] Hæc quæst. & distinctionem de nepote legitimo ex filio spurio exaudias, fecus ex filio incestuoso, quam a nullo ex parentibus nullo casu potest institui. Alex. Iaf. & Claud. Lancel. in l. Gallus, §. quid sit, ff. de lib. & posthum. Corn. consil. 25. volum. 1. Marf. sing. 143. Corset. sing. 135 Goncan.

Nunquid possit nepotem legitimum, & naturalem natum ex ipso filio spurio sibi heredem instituere.]

Quod si auus possit instituere nepotem legitimum, & naturalem, licet is natus fuerit ex filio spurio, deficiente prole legitima ipsius aui, vltra hic relatos tenent Ioann. Dilectus in tract. de arte testand. tit. 1. caut. 14 num. 12. Nicolaus Boerius decisio. 127. 16. Bermond. de publ. cubin. pag. 346. num. 65. & seqq. Petrus à Duen. in tract. regular. reg. 366. lim. 1. Anton. Gabriel. libr. 4. commun. opin. tit. de hæredit. inst. conclus. 3. Ioseph. Ludovic. in decisio. caular. Perusinar. decis. 18. n. 23. & seq. Andr. Gail. pra

QVÆSTIO XXXII.

Idem est, quod pater non potest filium spurium heredem instituere. Quæro, nunquid possit nepotem legitimum, & naturalem natum ex ipso filio spurio sibi heredem instituere? Resp. quod sic: & est communis conclusio, vt dicit Corn. conf. 1. col. 16. in littera F. lib. 3. Berous q. 127. circa princ. Cessat enim in eo macula natalium, & licet radix sit infecta, debet potius attendi causa immediata, quam mediata.

Scias tamen in primis, quod hæc conclusio non ita absolute procedit, vt scilicet liceat aui indistincte huiusmodi nepotem ex filio spurio instituere: sed distinguendi sunt tres casus, scilicet dum Bar. in d.l. Gallus, §. quod si is. Aut enim certum est, quod auus instituit istum nepotem contemplatione filij sui spurij, vt scilicet filius ipse sciat aliquod commodum ex tali institutione, puta usufructus, vel huiusmodi: & talis institutio corrumpit, & in hoc nemo dubitat. Aut vero certum est, quod illum instituit non contemplatione filij spurij: puta, quia ipse filius iam sit præmortuus, vel quia auus expresse cauerit in testamento, vt nihil ex ipsa institutione filio spurio acquiratur, neque etiam quo ad usufructum: & eo casu valet institutio. Aut sumus in dubio, quia scilicet non apparet, an contemplatione filij sue

Et quid si habeat sobolem legitimam.

Ex Additionibus.

- 1 Num auus possit instituere nepotem legitimum, & naturalem licet ipse natus fuerit ex filio spurio.
2 Quid in nepote naturali ex filio spurio: quid item in nepote ex filio incestuoso.
3 Filio spurio heredem instituto, cui hæreditas applicetur.

rit institutus, vel non: & tunc pariter valet institutio. Et ista est communis conclusio, vt attestatur Ias in d. §. quod si is, nu. 21. & seq. In dubio enim semper fauendum est testamento: & sumenda est etiam præsumptio, propter quam delictum excludatur.

Item scias, quod hæc conclusio, quod auus possit nepotem legitimum ex filio spurio heredem instituere, de plano procedit, quando ipse auus aliam sobolem legitimam non habet. Et ita esse communem opin. attestatur Alex. in d. §. quod si is, n. 7. Corn. conf. 25. col. 2. lib. 1. Dec. cons. 462. n. 17. & seq. Sed quid si extet aui soboles legitima? Resp. quod extante sobole legitima, non potest auus plus relinquere tali nepoti legitimo nato ex filio spurio, quam potuisset relinquere ipsi filio spurio eius patri. Ita tenuit gl. fi. in l. fin. C. de nat. liber. arg. illius legis, quæ in nepotibus ex filijs naturalibus ita distinguit. Et hanc opin. dicit esse communem Alex. conf. 74. post. nu. 5. lib. 5. Ias in l. hæreditas n. 8. C. de his quibus vt indig. Bertran. conf. 177. nu. 1. lib. 3. in 2. part. Apost. ad Alex. in d. conf. 74. sub nu. 1. Licet super hoc articulo Doctores varia scripserint hæc tamen opinio tanquam verior, & æquior tenenda esset in practica. Semper enim fauere debemus legitime soboli potius, quam illegitimæ, vt homines ab illicito concubitu, quantum fieri potest, retrahatur.

dic. obseruat. lib. 2. obser. 115. n. 5. vbi ait, hanc esse communem, & benigniorem opinionem, quam etiam Camera Imperialis sequitur. Eandem quoque amplectitur Michael Grassius li. 1. recept. sent. §. institutio, q. 8. nu. 1.

Addendum hoc loco est: ea, quæ de nepote legitimo, & naturali hic dicuntur, etiam procedere in nepote naturali ex filio spurio: non item in nepote ex filio incestuoso: quoniam in incestuosi ne naturalium quidem filiorum appellatione veniunt. Ita sentiunt Bald. & Salicet. in l. si quis incesti, 6. C. de incest. & inutilib. nupt. Martin. Laudens. in tract. de legitimat. num. 73. Ant. Gabriel. d. conclus. 3. nu. 17. Couar. lib. 4. decr. part. 2. c. 8. §. 1. n. 13. & seqq. hofque referens Grassius d. q. 8. nu. 4. & 5.

Addendum hic & illud, quod si de facto pater filio spurio quippiam reliquerit, eum ve instituerit, id legitimis liberis, vel cognatis proximioribus deferatur, non fisco: vt testatur Alex. conf. 74. n. 6. vol. 3. Petrus à Due. Reg. 366. ampliat. 3. Fernandus Valquius lib. 3. controuersiar. illustr. c. 102. n. 8. & Grassius d. §. instit. q. 9. Harpre.

QVÆSTIO XXXIII.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Prodigus an possit testari.
2 Vasallus an possit de feudo testari.

Ex Additionibus.

- 1 Quatenus prodigus testari possit.
2 Num prodigo ipso iure, an de creto iudicis bonorum administratione interdicitur.
Quid lege fieri dicatur.

ADDITIONES.

Nunquid prodigus possit testari.] Testamentum prodigi, quod fecit antequam ipsi interdictio bonorum fieret, ratum esse, apparet ex §. Item prodigus 2. Institut. quibus non est permissum fac. testamen. & l. is, cui. 18. ff. qui testa. fac. poss. ibique Barthol. Paul. Angel. Paul. de Castro, Iason, & alij communiter. Fernand. Valqu. controuersiarum illustr. cap. 37. num. 9. Michael Grassius lib. 1. recept. sentent. §. testamentum, quæst. 22. Francisc. de Caldas ad l. si curatorem. verb.

Non ab similibus, C. de in integr. restit. min. num. 4. Nicolaus Reufner. in tractatu de iure testamentor. par. 2. cap. 11. nu. 7. & seqq. Harpre. b. Antequam sit illi interdicta per Iudicem administratio.] Similiter scias, quod prodigus potest contrahere, & alienare, antequam sibi interdicitur à Iudice: commune dixi in collect. mea commun. opin. in verbo prodigus, num. 1. & num. 2. quod prodigo interdicta sibi prius administratione, datur curator, non vt prodigo, sed vt minori. Item quod prodigus obligetur ex suo delicto: commune ibidem, nu. 3. Giach.

Antequam sit illi interdicta per Iudicem administratio bonorum.] Prodigus non ipso iure, sed decreto Iudicis, siue Magistratus bonorum administratione interdici, vltra Iulium Clarum, & Giacharium hic, tenent Bartolus, Iason, Alexander, Castrenf. Duaren. Cuiac in l. is, cui 6. ff. de verborum obligat. Baptista à Villalob. in communibus opinio. verb. prodigus, nu. 32. Viglius ad dictum §. item prodigus, num. 3. Institut. quibus non est permissum fac. testament. Viuius libro 1. opin. conclus. 247. & opinio. 240. hofque referens Gæddæus in commentar. de contrahen. & commit. stipulat. capit. 7. conclusione decima, num. 141. cum sequentib. Quibus adijcendi sunt Ioan. Bolcholt. in commentar. de verborum oblig. cap. 3. num. 56. & seqq. Petrus Heigius num. 2. Forsterus iunior in tract. de pact. cap. 5. pag. 130. Henon disput. 3. controuers. 14. Vvegnerus disput. 3. th. 6. lit. A. Matthias Stephani, cent. 1. quæst. 90. & Robertus disput. 5. ad Institut. th. 6. Verum contraria sententia, quod prodigo ipso iure, absque magistratus decreto bonis interdicitur, si modo notorie, & manifeste prodigus fuerit, licet non receptor, attamen verior putatur. Etenim prodigo dicitur bonis lege interdici, l. 1. ff. de curatoribus furioso, &c. d. l. is, cui lege, 18. ff. qui testa. fac. poss. & l. mutum, 5. §. 1. ff. de acquir. vel omitten. hæred. Atqui id demum lege fieri dicitur, quod sola sit lege, nullo hominis facto interueniente, argum. l. legitimos, 5. in princip. ff. de legitimis tutoribus, l. vltim. §. sin autem testamentum. 6. C. de curatore furioso, vel prodigi, §. 1. Institut. de hæredit. quæ ab intestat. defer. & l. capitis, 11. ff. de suis, & de curatoribus furiosis, & alijs, &c. & in dict. §. furiosus, 3. Institut. de curatoribus diserte traditur; prætorem, vel præsidem, hodie prodigo curatorem dare: quod nihil aliud esse videtur, quam hodie prætores, vel præfides prodigo bonis interdiceret. Aliud namque est, bonis alicui interdiceret: & aliud, curatorem dare. Prodigus interdicitur bonis ipso iure, videlicet le-

Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

- 4 Explicatio l. 1. ff. de curatoribus furioso, & alijs, &c.
5 Furioso quatenus bonis interdicitur, & curator detur.
6 Prodigus furioso æquiparatur.
7 Notorium, & decretum pari passu procedunt.
8 Intellectus l. Iulianus. 10. & l. si furioso, 16. §. 1. ff. de curatoribus furioso, &c. & similibus.
9 Sententia l. bis, qui 12. §. 2. ff. de tutoribus, & curatoribus, datis ab his, &c.
10 Explanatio, & mens cap. veritatis, 8. de dolo, & contumacia.
11 Interdictionis bonorum formula quæ: & quem prodigum concernat.
12 Referuntur auctores, qui concludunt, notorie prodigum ipso iure bonorum administratione priuari.

ge XII. Tabularum: at prodigo datur curator à prætore. Vnde Vlpianus in dicta l. 1. ait: Sed solent hodie prætores, vel præfides curatorem ei dare: non verò dicit, quoniam interdiceret. Ceterum plerique censent, hæc non esse separata, sed inseparabiliter connexa: eo quod ille, qui dicit in curatione aliquem esse, simul hoc dicere creditur, bonorum suorum administrationem ei ademptam esse. Verum licet illis hoc concedatur: non tamen statim obtinebunt, antea bonorum administrationem illi non esse ademptam, quam in curationem incidat. Vallet sanè consequentia: in curatione est ergo bonorum administratio ipsi adempta est. Non item valet consequentia: in curatione est: ergo bonorum administratio ipsi antea adempta non est. Idque patet exemplo furiosi: cui, quam primum furor diuexari ceperit, quamuis ipso iure bonis interdicitur, vt probant verba legis XII. Tab. à Cicerone libro secundo, de inuent. & libro quarto Tusculanarum quæstionum recitata: Si furiosus est, agnatorum, gentiliumque in eo, peculique eius potestas esto. Nihilominus tamen ei curator à prætore, vel præfide datur. dict. §. furiosus, 3. Institut. de curatoribus, & d. l. 1. ibi exempli furiosi, ff. de curatoribus furioso, & alijs, &c. Atqui prodigum furioso æquiparari, & similem esse constat ex l. Fulcinus 7. §. Idemque, & in prodigo, ff. quibus ex causis in possess. eatur, l. 1. C. de curatore furioso, vel prodigi, l. bis, qui 12. in fine, ff. de tutoribus, & curatoribus datis ab his, &c. Hoc facit præterea, quod vbi aliquid est manifestum, & notorium, perinde statuendum sit, ac si de eo sententia esset lata, aut decretum interuenisset. Notorium siquidem, & decretum, siue sententia pari passu procedunt: adeoque in notorio, vltiore magistratus decreto, vel auctoritate opus non est, argum. l. quid tamen. 21. §. si arbiter, ff. de recept. arbit. l. cui prætor. 12. ff. de iudic. l. 1. §. 1. ff. ad S. C. Turpilia. l. ex empto. 11. §. emptorem. 12. ibi, quia manifestum fuit, ff. de actionib. empt. Iosephus Mascardus de probationibus, conclusione 1107. volumine secundo.

Huic non aduerfatur, quod in l. Iulianus 10. in princ. & l. si furioso, 16. §. 1. ff. de curatoribus furioso, & alijs extra minores dandis, dicitur, per prætorem bonis prodigo interdici, & quod in d. l. is, cui, 18. qui testa. fac. possint, proponitur de prodigi testamento, quod interdictione sit prius: siue vetustius, & quod in l. & mulieri, 15. ff. de curatoribus furioso, & alijs, &c. de muliere luxuriosè viuente notatur, ei ex decreto bonis interdici posse, & quod in l. patri. 27. circa principium, ff. de minoribus. scribitur, tum demum agnatos, & affines adolescentis luxuriosè viuents nomine postulantes in integrum restitutionem, audientes esse, si eius vitæ sit adolescentis, vt ei merito bonis interdici debeat. & quod denique in l. certi conditio. 9. §. fed & si 7. ff. de rebus creditis prodigi, siue interdictione sit mentio. Etenim id omne de prodigo, qui non est notorie prodigus, siue de cuius prodigalitate omnibus non constat, accipiendū est. Huic enim licet reuera bonis sit interdictionem à lege, ex eo statim tempore, quo bona sua dilapidare, ac dissipare cepit; Quia tamen de interdictione isthac non omnibus petinde liquet: propterea quod nec omnib. facultates eius satis sunt cognite; nec circa præ-

E 2 toris

oris decreto hoc casu est opus, quo non tam bonis ei interdicitur, quam prodigis declaratur, eidemque bonis interdictum esse significetur. Quod si vero de prodigalitate alicuius notorie omnibus constet: superuacuum erit; cum, qui neque tempus, neque finem expensarum habet, sed bona sua dilacerando, & dissipando profundit, prodigum a magistratu declarari, eique bonis interdicti.

- 9 Sic quoque non refragatur textus in prædicta l. his, qui 13. §. Dnus Pius, 2. de tutoribus, & curatoribus datis ab his, &c. ubi dicitur, quod Diuus Pius matris querelam de prodigis liberis admisit, iusseritque, ut illi in cura essent: atqui si ipso iure prodigi fuissent, bonisque eis lege interdictum: non amplius fuisset opus matris querela, nec digna, ut ab Imperatore admittetur. Nam ista l. non de interdictione bonorum, sed de datione curatoris agit: Quamuis enim illic filijs prodigis ipsa lege bonis interdictum fuerit: quia tamen interdictionem illam spernabant, eaque non obstante, bona sua profundere, ac dissipare pergebant: ideo de hac ipsorum prodigalitate cõque- sta est mater, petijtque non bonis, liberis interdicti, sed curatorem illis constitui.
- 10 Similiter non obstat c. veritatis. 8. ext. de dolo, & contumacia. ubi notorium erat, Episcopum dilapidare bona Ecclesiæ, sicque prodigum esse: & nihilominus tamen Pontifex decernit, prius hoc examinari, deinde re cognita bonis interdicti fas esse. Præterquam enim, quod negatur; Episcopum, de quo ibi agitur prodigum fuisse; cum non sua (quod definitio prodigi exigit, de qua in l. prima, ff. de curatoribus furioso, &c.) sed aliena, Ecclesiæ videlicet bona, profuderit: etiam non inepte respondetur, quod quamuis Episcopus prodigus fuisset; non ta-

men notorie fuisset prodigus. Tum quia publica duntaxat fuit fama, Episcopum illum prodigum esse, ut in ipso textu dicitur, ibi publica prædicabat infamia, &c.

Tum quia illic Inquisitione, & causæ cognitio fuit adhibita; que non in notorijs, sed in obscuris solummodo adhiberi solet. Tu etiam quia ibidem Episcopo non fuit bonis interdictum: sed is ab officio fuit remotus, & quidem non ob scilicet bonorum Ecclesiæ profusionem, verum ob alia etiam crimina, ut ex ipso textu euidenter constat.

- 11 Præterea non reficit formula interdictionis à Prætoribus factæ, quæ extat apud Paulum lib. 3. sentent. tit. 4. his verbis concepta: Quando tibi bona paterna, auitaque nequitia tua dispersis, liberoque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ære commercioque interdicto. Nam formula isthæc ad eum pertinet prodigum, quem talem esse manifestè, & notorie nondum liquet. Huic enim decreto tolerare bonis interdicti, liberaliter conceditur.

Ex quibus omnibus perspicuum euadit; notorie prodigum ipso iure bonorum administratione, citra vllum factum aut decretum Iudicis priuari. Atque hanc conclusionem tenent Petrus de Bellapertica, Raphael Cuman. Imola, & Donellus in dicta l. is, cui 6. ff. de verborum obligat. Ioan. Faber. in dict. §. furioso, 3. Instit. de curatoribus. Bald. consil. 259. & seq. lib. 2. & consil. 287. lib. 5. Dn. Collega Bocer. in tract. de inuestitura feud. cap. 3. n. 36. & seq. Stephanus Berctoldus in tract. de processu. l. d. th. 87. Arumæus exercitat. Iustin. 1. th. 7. lit. D. Fachneus lib. 2. controuers. iur. par. 1. c. 63. & nonisimè, lib. 1. variat. resol. iur. cit. tract. 4. q. 20. Illamque & nos defendimus ad d. §. furioso. 3. Instit. de curatorib. nu. 7. & seqq. Harprec.

- 3 Et quid si Princeps concedat alicui facultatem testandi, an ille poterit testari, non seruatis solemnitatibus à iure requisitis.

Ex Additionibus.

- 1 Cur Hæreticis, & his ereditibus, testandi facultas adimatur.
- 2 Hæreticis inter liberos orthodoxos testari potest.
- 3 Apostatis vtraque testamenti factio adempta.
- 4 Hæretici qui appellentur.

QVÆSTIO XXXIV.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Inhabiles ad testandum an possint testari ad pias causas.
- 2 Intestabiles ad iure scilicet qui non possint condere testamentum, an etiam sint intestabiles passiuè, ut scilicet non possint capere ex testamento.

ADDITIONES.

VT est hæreticus.] Et quod hæreticus habet potest testari, speciale est, ut dixi supra q. 24. in apostill. signata littera B. Giachar.

VT est hæreticus.] Hæreticis, ijsque credentibus testandi facultatem ademptam esse, apparet ex l. Manichæos. 4. §. ergo. 5. & auth. credentes, C. de hæretic. & manichæis. Huiusque præcipua ratio est: tum criminis ipsius atrocitas, cuius iniuria ad omnes pertinet: unde & publicum crimen dicitur. d. l. 4. §. 1. C. eod. tum omnium bonorum publicatio. d. l. 4. §. 1. C. dict. tit. latè, post alios, Dauth. in tractat. de testam. tit. qui testa. face. poss. nu. 242. & seqq. Illisque non immerito ab hominibus sua bona auferuntur, qui Maiestatem diuinæ honorem debitum detrahere non reformidarunt. Authen. Gazaros,

QVÆSTIO XXXIV.



Vero, nunquid illa Persona, quæ alias sunt inhabiles ad testandū, possint testari ad pias causas. Dixi supra q. 5.

3tem quæro, nunquid persona, quæ sunt intestabiles actiue, scilicet, quæ non possunt facere testamentum, sint etiam intestabiles passiuè, ita ut neque possint capere ex testamento? Respond. in hoc est distinguendū. Nam aut quis est prohibitus testari propter aliquod crimen commissum, ut est hæreticus, & talis nō potest capere ex testamento. Aut est prohibitus testari propter aliquem defectum, qui non cadit in erimen, ut est pupillus, mutus, & huiusmodi, & non prohibetur capere ex testamento. Ita tenet Gloss. in l. is cui,

§. 1. in Gloss. fin. in fin. ff. de test. quam approbant Doctores communiter omnes, ut dicit Aret. in eod. §. 1. col. fin. vers. in glos. vltima.

- 3 In proposito huius materiæ, quæro, si Princeps concedat alicui facultatem testandi, nunquid iste poterit testari, non seruata solemnitate à iure requisita? Respo. aut ille, cui Princeps concedit facultatem testandi, est alias de iure communi inhabilis ad testandū, & tunc facultas intelligitur seruata solemnitate iuris cõis. Aut verò talis facultas est concessa alicui, qui sit habitus ad testandū: & hoc casu, concessio quod aliquid operetur, intelligitur absq; solemnitatibus iuris cõis. Ita distinguit gl. in l. si quando, in glo. 1. C. de inoffic. test. & dicit Alber. in dict. l. si quando, in fin. princ. quod hæc opinio, & distinctio communiter tenetur, ac seruatur. Dicit etiã Dec. in l. Eunuchis, post nu. 15. C. qui test. fac. poss. quod eã gl. communiter Doctores sequuntur.

C. de hæreticis, &c. Si tamen pater hæreticus inter liberos orthodoxos testamentum fecerit, id iussum per text. expressum in Nou. 115. c. 3. §. si quis de prædi. 14. vers. genera litera utè prouidèdū, &c. & Nouell. 144. capit. 1. Retiner. in tract. de iure test. par. 2. c. 46. nu. 20. & seq. quæadmodum autè hæreticis, ita & apostatis lege adèpta est testamenti factio, tam passiuè, quã actiuè: adeo, ut nō modo ipsi testamētū facere nequeat (siquidem nec bona habent, de quibus testari possint: quippe quæ ipso iure confiscata intelliguntur, cap. rum secundū 19. extr. de hæretic. in 6.) sed & nemini hæreditate succedat, ac insuper à testimonijs dicendis repellantur. l. hi, qui sãctã. 3. & l. seq. C. de Apostatis. Bonifac. de Vitalibus, in tract. de maleficijs, sub rubr. de Apostatis, nu. 2. Appellantur porro Hæretici, qui non credunt,

quæ in Synodis, Nicæna, Constantinopolitana, Ephesina, & Chalcedonenſi decreta sunt, quicunque 8. C. de hæretic. Ceterum à Diuo Hieronymo vocantur ij, quicunque aliter scri-

pturam sacram, quam Spiritus sancti sensus flagitat, intelligit, istumque suum errorem pertinaciter defendunt. cap. hæreticis, 27. caus. 24. q. 3. c. dixit 29. caus. 24. q. 3. Harprec.

QVÆSTIO XXXV.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Institutio hæredis in testamento necessario requiritur.

ADDITIONES.

QVÆSTIO XXXV.



Vidimus, quibus personis permissū sit facere testamentum, & quæ personæ ex testamento capere possint: nunc est videndum, quæ in testamento ipso requirantur. Et in hoc scire debes, quod ex his, quæ de iure in testamentis requiruntur, aliqua sunt, quæ respiciunt formam substantialem ipsius testamenti, ut est institutio hæredis: Aliqua a respiciunt formam probatoriam, ut sunt rogatus Testum, ac Notarij, publicatio testamenti, & huiusmodi, de quibus omnibus singillatim videamus.

Institutio.] Aduerte hic triplicem esse institutionem: propriam, impropiam, & impropiissimam: de his vi de per Angel. de Are. §. 1. Inst. de hæ. Inst. & ad de quod si sint liberi, sunt necessario à parētibus instituendi, vel exheredandi, ut valeat testamētum: habetur in l. inter cetera, ff. de liberis, & posthum. vel saltem eis institutionis titulo, quod est honorabilius, aliquid est relinquendum, & de his vide per Durant. de arte testan. tit. 4. cap. 1. ubi nu. 8. c. cõtrario auſat filium facientem testamentum in casibus a iure permissis, ut parentes in aliquo instituunt hæredes, quia illis præteritis testamentum vitibus careret. Et ista est communis. Giachar.

Duplex est institutio hæredis, expressa scilicet, & tacita. Expressa hæredis institutio est, quæ verbis expressis exprimi solet, hæredes palam. 21. ff. qui test. fac. poss. l. iubeamus. 29. C. de testamēt. Tacita est, quæ ex verborum consequentia colligitur. l. vit. C. de hæred. instituend. & quibuscunque loquendi genere formata fuerit, valet: si modo per ea liqueat voluntatis intentio, ut loquitur Imp. Constantinus in leg. quo-

- 2 Et an sufficiat tacita
- 3 Et an valeat testamentum secundum consilium Galli Aquilijs.

Ex Additionibus.

- 1 Hæredis institutio alia expressa, & alia tacita.
- 2 Quibus casibus tacita hæredis institutio inducatur.

tuo Caium. Nam hoc casu videtur tacite testator instituisse eum, qui erat illi ab intestato successurus. Quæro nunc, an ista tacita institutio sufficiat ad validitatem testamenti? Respon. Aut ille, qui est tacite institutus, erat persona, quæ de necessitate iuris non debebat institui, vel exheredari, sed erat extraneus: & tunc sufficit huiusmodi tacita institutio ad validitatem testamenti, & substitutionis, & in hoc consentiunt omnes Doct. ut dicit Gulielm. de Benedic. in 2. par. rep. cap. Raynutius, fol. 4. nu. 23. Aut vero iste erat filius, vel alius, qui de necessitate debebat institui, vel exheredari: & hoc casu non sufficit, quod sit eo modo tacite institutus, sed requiritur, quod sit nominatim & expresse institutus: & hæc est communis opin. ut attestatur Gulielm. de Benedic. in loco præallegato, num. 23. & seq. Ratio autem differentiæ est. Nam licet vtroque casu videatur testator tacite instituisse eum, quem posuit in conditione; tamen in secundo casu hæc tacita institutio non sufficit: ex quo pro forma traditum est à lege, quod filius nominatim instituatur, vel exheredetur, quæ non potest per æquipollens adimpleri.

- 3 Hinc infertur, quod non valet testamentum conditum secundum consilium Galli Aquilij, scilicet per illa verba, Si filius meus me vivo morietur, nepotem instituo: quia necessaria erat institutio filij expressa: Et hæc est cõis opinio, quid dixerit Bart. in l. Gallus. in princ. nu. 5. & illam communem esse attestatur Alex. consil. 108. post nu. 4. vers. prædictis etiam lib. 1. quod est in ea parte duplicatum in consil. 109. nu. 7. lib. 2. Idem Alex. consil. 185. post nu. 17. vers. nec obſt. quod not. lib. 2. & consil. 199. post nu. 12. eo. vol. quem refert Apostil. ad Bart. in leg. Gallus. in princ. sub nu. 5. Idem affirmat Scribentes in d. l. Gallus. in princ. & in specie Alex. post nu. 6. vers. ex prædictis, & Claud. post nu. 10. & Ias. nu. 44.

QVÆSTIO XXXVI.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Institutio hæredis debet esse certa.
- 2 Et quid si nō sit specialiter expressa persona hæredis, sed veniat certificanda per aliam schedulam, vel scripturam.

Ex Additionibus.

- 1 Institutio hæredis certa esse debet.
- 2 Cur persona penitus incerta institui nequeat.
- 3 In testamentis requiritur mentis integritas.
- 4 Quatenus hæredes institui possint, quos testator nunquam vidit.
- 5 An & quatenus sufficiat exprimere nomen hæredis per relationem.